7(N 12 [56] ; X3008200
1713
52

HORTUS SIMULACRUM SCHOLÆ,

CUM

VIR CLARISSIMUS AMPLISSIMUS NEC NON DOCTISSIMUS

DOMINUS JOH. JUSTUS LOSIUS,

PHILOSOPHIÆ MAGISTER, ET HACTENUS SCHOLÆ WERNIGERODANÆ RECTOR MERITISSIMUS,

PRÆCEPTOR

NOSTER FIDELISSIMUS LYCÆO NOSTRO VALEDICERET,

TENUI CARMINE DELINEATUS,

QVOD POST ORATIONEM VALEDICTORIAM PUBLICE HABITAM UT GRATITUDINIS SUÆ PRO FIDELISSIMA INFORMATIONE PUBLICUM ALIQVOD DARENT DOCUMENTUM,

EA, QVA DECET OBSERVANTIA, CUM APPRECATIONE OMNIGENÆ PROSPERITATIS,

Exhibuerunt

PRIMÆ ET SECUNDÆ CLASSIS ALUMNI, DISCIPULI OBSEQUIOSISSIMI.

WERNIGERODÆ,
Ex Officina Michaelis Antonii Strukii, Typogr. Aulic.

UNIV.-U. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
Kapsel 78 N 12 [56]
AK
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-708829-p0001-8

CUm fere deſtitui incipiant jam floribus horti,
Arboribusque & agris inde deeſſe comæ,
Muſa age de noſtris late viridantibus hortis
Ad numerum exacto carmine prome modos
Qvam Schola ſit ſimilis prato lætoque vireto
His jam temporibus concinuiſſe juvat.
Muſis ſacrum hortum veteres dixere Poëtæ.
Scilicet hort⁹, artes afficiunt animos.
Quem non doctrinæ ſtudium recrearet honeſtum?
Qvin magis ac hortus gaudia ferre poteſt,
Si Schola Doctorum gnavo beneculta labore
Et ſtudio vigili ſæpe rigata ſiet,
Et recte diſtincta, bono quoque ſemine ſemper
Conſita, quid poterit ſvavius eſſe ſchola?
Dum bene fragrantes videas ſuccreſcere flores,
Et ſvavi viridem tingere odore locum,
Et teneros æque frutices ſpe creſcere læta,
Ac arbuſta etiam, quæ graviora virent.
Hinc certe fructus, ſi non fumoſa culina,
Numinis aſt regnum & publica res referet,
Decerpent alii maturo tempore flores,
Qui ſacras Cathedras condecorentque forum,
Dummodo terra ferax & fertilis ubere campus,
Non etenim ſterilis ſpes erit ulla ſoli!
Sic locus ille, Scholam gremio qui nutrit, honeſtis
Ut faveat ſtudiis, ornet, eamque decet;

Sin

Sin ibi doctorum eſt tellus fœcunda Virorum,
Nonne Scholæ ſemper campus opimus erit?
Hic ſenſus ſubſiſte tuos depromere, Muſa,
Atque animum ad noſtram dirige porro Scholam.
Hactenus aſſiduo fuit illa beata Colono,
Cultoremque habuit præcipuæ fidei,
Dum Te, Rectorem tenuit, Venerande Magiſter,
Doctrina & notum ſedulitate Tua,
Qvi conſveviſti doctrinæ flumine largo,
Hocce ſcholæ noſtræ ſæpe rigare ſolum
Et melius juvenum teneras inflectere frondes
Atque decora ſuo ponere ſerta loco.
Sed jam diſcedes, noſtro dicturus agello,
(Æſtivo feſſus membra labore) vale.
Longius o utinam Temet Cultore liceret
Atque Tua nobis dexteritate frui:
Aſt aliter placuit noſtrum rellinquere campum,
Hoc certe fidi diſcipuli ingeminant!
Et cum ſupremi jubeant ita Fata Jehovæ,
Vota Tibi calido pectore prompta ferunt:
Vive, Vale, flore, multosque ſuperſtes in annos
Sacris & ſummo tempora dege Deo,
Nos erimus memores meritorum rite tuorum
Vividus ille quoad ſpiritus oſſa regit.

VD18

78 N 12 [56] X3008200 1713
52

HORTUS
SIMULACRUM SCHOLÆ,

CUM
VIR CLA… S NEC NON

…IS
JOH… TUS
…S,

PHILOSOPH… ET HACTENUS
SCHOLÆ … Æ RECTOR

P… OR
NOSTER FID… EO NOSTRO

TENUI … UEATUS,
QVOD POST C… CTORIAM PUBLICE
HABITAM UT GRA… ELISSIMA INFORMA-
TIONE PUBLI… UMENTUM,
EA, QVA DE… CIA, CUM AP-
PRECATIO… PERITATIS,

PRIMÆ ET … SIS ALUMNI,
DI…

W… Æ,
Ex Officina Michaelis Antonii Strukii, Typogr. Aulic.

UNIV.-U. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
Kapsel 78 N 12 [56]
AK
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-708829-p0005-0
DFG